

## **Dispvtationes Theologicae**

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,  
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

**Martinon, Jean**

**Burdegalae, 1644**

Sect. 1. Vera sententia proponitur, & confirmatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73898)

secundū ad quod est, & prout à quolibet alio distinguitur. Quia cùm es-  
senzia Dei habeat in se quicquid perfectionis habet essentia cuiuscumq; rei  
alterius, & adhuc amplius: Deus in seipso potest omnia propria cogni-  
tione cognoscere, ut re ipsa cognoscit. Hucusque D. Thom.

## SECTIO I.

Vera sententia proponitur, & confirmatur.

**D**eus hucusq; diximus præcedenti disp. de scientia Dei, pertinet ad illius obiectum. Iam de modo in-  
telligendi dicendum est: ac primò quomodo intelligat Deus seipsum, & possi-  
bilia? Difficultas autem præcipua in eo con-  
sistit, si Deus seipsum tantum directè, & im-  
mediatè cognoscat, & possibilia verò non nisi  
mediatè in seipso præcognito? Respondeo,  
Deum tam seipsum, quām possibilia, & im-  
mediatè, & mediatè cognoscere.

Prima responsi pars de cognitione imme-  
diata probatur: quia omnis perfectio simpli-  
citer simplex est Deo tribuenda. Sed cognos-  
cere Deum, & possibilia immediatè cum  
possibilià, est perfectio simpliciter simplex.  
Ergo Deo tribuenda. Maior proposicio patet  
ex infinite, & illimitatione essentia diuina,  
& speciatim intelligentia talis, ut com-  
prehendat in uno actu simplicissimo realiter  
omnem simplicem perfectionem scientiæ.  
Minor vero probatur primò, quia habere  
tantam intelligentiam, ut sublatu quovis  
medio, si per impossibile tolli posset, tamen  
vi lumen intellectui, Deum, & possibilia  
evidenter attingeret, perfectione intellectus  
supplente medijs defectem, est evidenter  
perfectio simplex. Nam & est valde nobile,  
ut patet: & non repugnat alteri perfectioni  
meliori, aut aequali. Cui enim? At qui hoc ip-  
sum est cognoscere immediatè. Ergo &c. Se-  
condò, si cognoscere intitulè, & directè  
omnia existentia, magna perfectio est, quia  
attingere evidenter tot res in seipso sine  
medio: quād magis attingere directè, &  
immediatè omnia possibilia, eo solo quād  
sunt possibilia, id est, quād verum est possi-  
bita existere, & fieri à Deo? Ac si excellens, &  
mirabilis est perfectio intellectus diuini,  
quād attingat in seipso immediatè, infalli-  
biter, & evidenter omnia futura libera, sive  
absoluta, sive conditionata, ideo solūm quia  
futura sunt, vel essent conditio posita:  
magna quoqua est, & mirabilis Dei perfe-  
ctio, attingere evidenter in seipso omnia  
possibilia, eo præcisè & immediatè quād  
sunt possibilia, id est, quād possunt esse. Ter-  
tiò, super impossibile deficer medium cogni-  
scendi possibilia; rāmen supposita corūm ve-  
ritate, intellectus illimitatus, qualis est diu-  
nus, deberet illam attingere præcisè ex infinite,  
& illimitatione in gālere intellectio-  
nis. Ergo attingeret immediatè. Quād verò  
sint etiam media, quād dicitur ad eandem veri-  
tatem, non potestid priuare Dei perfectione

illa cognitionis immediatæ. Sicut qui habe-  
ret omnem perfectionem scientiæ humanæ,  
licet v.g. sciret totum esse maius sua parte  
per medium, putà per commensurationem,  
tamen non propter ea debet et destitu scienc-  
tiæ immediatæ, quā id per se vi terminorum  
cognoscet. Quartò, nullā vis creatā est ex  
se sola instrutor ad veritatem, vel vnicam,  
evidenter sciendā; quād Deus ad omnem:  
ut patet ex infinitate diuina superante in-  
finities, in ordine ad obiectum adequarem,  
quamlibet perfectionem intelligendi crea-  
tam vel ad vnicum. Atqui vis creatā est com-  
pleta fine medio, ad multa enunciabilia, ut  
ad prima principia: Ergo &c. Quintò, sicut  
potentia productiva per creationem Deo  
tribuitur ad omnia, quā non implicat spe-  
cialites creari; quia sic magis amplificatur  
diuina potentia, quā sit totalis radix effectus  
sive concursus: ita amplificatur diuina vis in-  
telligendi, si suppletat omne medium, vbi  
aliud non est implicanti. Sextò denique,  
Deus cognoscit scim̄ contingentia libera  
directè, & immediatè in seipso: quia nullum  
est medium antecedens, ex quo certò, &  
infalibiliter sciri possint, saltem omnia, ut se-  
quenti disputatione probabitur. Ergo non  
implicat aliquid creatum cognosci à Deo  
immediatè. Iam verò infinitas intellectus  
divini non est minùs completa ad obiectum  
necessarium, quād ad contingens: & ex parte  
obiecti, illud non minùs verum est, nec mi-  
nus immediate cognoscibile, quād conti-  
nens: Ergo &c.

Secunda pars responsi, quād scilicet Deus  
seipsum, & possibilia, etiam præliatè co-  
gnoscet: Probatur, supponendo prius co-  
gnitionem medianam illam dici, quā fit per  
medium cognitionis, id est, aliquo alio me-  
diente, quo præsupposito, ac prius saltem ra-  
tionē præcognito prioritate a quo, cognoscit  
ur aliud propter aliquam eius causa illo con-  
nectionem: sicut per præmissas conclusiones  
convenit, per imaginem, prototypum:  
per signum, res significatas: & causas p.c. ef-  
fectus, aut effectus per causas. Non est autem  
neccesse virumq; actu diuero lo attingi. Imò li-  
cer materiale antecedentis, aut signum, possit  
actu distincto prius tempore, vel naturā co-  
gnosci, quād consequens, aut significatum:  
impossibile tamen est cognosci formaliter  
actu antecedens, & vt signum: quin cognoscatur  
eodem actu id, cuius respectu antec-  
dens aut signum esse dicitur. Et vice versa  
impossibile est cognosci consequens vt con-  
sequens, & significatum vt significatum:  
quād eodem actu attingantur ea, quo um  
respectu taliasunt. Ratio est, quia implicat  
actum ferri in aliiquid ut connexum cum  
medium, quād formaliter fera ut in medium

cu<sup>z</sup> connexum est: Neque enim connexio si-  
ne extensis, neque connexum formaliter, vt  
tale, concipi potest sine cognitione alterius,  
concepti eodem actu quo concipitur conne-  
xum vt tale formaliter. Nam actus qui ca-  
deret tantum & absolu<sup>t</sup>e in vnum extremo-  
rum, non cognosceret illud vt connexum  
cum altero. Cūmque connexio, quā talis,  
involuit utrumque extremum connexio-  
nis; non potest ullo actu attingi prout est  
connexio, quin concipiatur utrumque extre-  
num: quia implicat rem concipi vt talem,  
non conceptis illis quae inuoluit vt talis est.  
Et in vniuersum nihil sub ratione potest  
concipi, quin eo conceptu attingantur om-  
nia quae includit, vel importat ratio talis,  
formaliter vt talis. Atqui antecedens, vt tale  
formaliter, est connexum cum consequente:  
& vice versa consequens cum antecedente:  
& signum cum re significata: & genera-  
tum omne medium, cum eo cuius est: ergo  
ex eo capite non repugnat Deo cognitio  
mediata circa se & possibilia, quasi requirat  
multitudinem realem cognitionum, quae in  
Deo est, nec esse potest.

Iam quod ex alio capite non repugnet,  
imō aperte si conueniat, probatur, quia  
quisquis sic penetrat objectū aliquod, vt co-  
gnoscat in illo immediate cognito esse con-  
nexione necniam cum alio tertio, ita vt  
ex vi illius asserti videat sequi necessariō  
tertiū; imō ita perfectē illud cognoscit, vt  
si per impossibile tale tertium aliunde non  
cognosceret, tamē vi penetrationis alterius,  
cui connexum est, sciret euidentissimē  
illud tertium; talis inquam habet assen-  
tiationem circa illud tertium, per aliud im-  
mediate cognitionem, anquam per medium.  
Sed Deus ita se habet circa seipsum, & circa  
possibilia, multiplice respectu: ergo &c. Ma-  
ior patet ex definitione cognitionis media-  
ta. Minor autem probatur. Primum enim Deus  
comprehendens fuit omnipotentiam, vt ra-  
diciem positiū omnium possibilium secundum  
omnes eorum differentias, videt in  
illa connexionem cum possibilibus, & conse-  
quenter cognoscit omnia possibilia in ipsa,  
vt radice. Similiter comprehendens intelle-  
ctionem suam, quae perfectissimē repræsen-  
tat omnia possibilia secundum proprias cu-  
rinque rationes, agnoscit in illa, & per illam;  
vt per medium, omnia possibilia quae sunt  
in illa vitaliter expressa. Item cognoscens  
perfectissimē voluntatem suam, quae possi-  
tent ad cuncta possibilia, cognoscit eadem  
vt cum actu illo essentialiter voluntatis sue ex-  
nixa. Et vice versa, cum omnia possibilia habeant  
ordinem essentialē ad Deum, vt a  
dicem positiūm possibilitatis sue, & vt  
ipso essentialiter pendentia; necesse est  
creaturis possibilibus Deum mediata cogno-  
scere a seipso, vt connexionis & dependentiae  
illis, quam perfectissimē & comprehensivē  
cognoscit. Similiter Deus non potest com-  
prehendere potentiam creatam agendi, co-  
gnoscendi, fingendi, casandi &c. quia in co-

gnoscat omnem terminum: nec creaturas  
cum aliis connexas, vt relationes cum re-  
uelatis, causas cum effectis, quin via cognitionis  
comprehensivē cognoscat ea quae connexa sunt: cūm in his & similibus sit vinculum  
necessaria connexionis cum alio, à  
priori, vel à posteriori. Præterea omne enunci-  
abile verē à creatura, cognoscitur assertivē  
à Deo, quippe qui nouit assertivē omnia ve-  
rē enunciabilia, vt recte ait D. Thom. qu. 14. art. 14. Atqui in talibus mediis esse semina  
aliorum connexionum, & fundamentum ea  
inferendi, verē assertur: ergo id à Deo co-  
gnoscitur. At in hoc est assensus mediatus, &  
cognitionis unius in alio: ergo &c.

Sic ergo Deus cognoscit connexionē eclip-  
sis solaris, cum interpositione LUNÆ inter So-  
lem & terram: & risibilitatis cum rationabi-  
litate: & antecedentium cum consequenti-  
bus; & denique omnem vim quā aliquis in-  
fert aliud quocumque modo: omnia tamen  
clarissimē & perfectissimē, sine obscuritate  
vel formidine, aut similibus imperfectioni-  
bus: & quicquid denique veritatis & perse-  
ptionis in discursu est, id totum est in cogni-  
tione diuina; quamvis in illo non sit discur-  
sus physicus, neque secundum successionem,  
neque secundum realem causalitatem & pro-  
priam, vt tradit S. Thom. qu. 14. a. 7. in corp.  
quia certum est non est in ea multitudine realis  
cognitionis, quarū vna realiter alteri suc-  
cedat, quod est discurrens successivē: vel etiā  
aliā causē, quod est discurrens causā, &  
realiter & propriè, sive causalitas illa sive phy-  
sica in genere causarum efficientis, aliqui put-  
ant: sive potius in genere causarum materialis  
& dispositiū, aut etiam efficientis morali  
quodam modo, quatenus cognitio præmissa  
rum impellit & determinat intellectum ad  
assensum conclusionis.

Deus ha-  
bet que-  
dā in per-  
tectionis  
in discursu.

## SEG TLO. II.

## Refutatio prima opin. contraria.

Contra id quod diximus Deū cognoscere  
creaturas immediatē, opīsatur Suares  
lib. 3: de attributis cap. 2. vbi negat possibilia  
cognoscere à Deo immediatē, aut in alio me-  
dio quam in essentia diuina. Argumenta eius  
hæc sunt. Primum: quia Diuus Thom. vbi cū  
que de hac scientia disputat, non alio r eam  
expōnit, quām vt Suares intendit. Respon-  
deo id non vere assumi. Licet enim a. 5. q. 14.  
dicat possibilia cognosci à Deo in diuina es-  
sentia vt in causa comprehensivē cognita; &  
Deum quidē videre seipsum in seipso, in qua-  
rum essentia sua continet similitudinē alio-  
rum ab ipso: Aliud tamē alium modum co-  
gnoscendi non obscūre tradit. Nam art. 13.  
qu. citat, ait Deū scire contingentia non in  
causis dūtaxat, in quibus possunt conjectura-  
liter tancū cognosci: sed in seipso certō &  
infallibiliter. Vbi vides ex mente D. Thom.

Primo sen-  
tencia quā  
que argu-  
menta con-  
tra scien-  
tiam im-  
mediatam  
possibiliū.